



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

346. An Regulares possint independenter ab Episcopis excipere
confessiones Monialium ipsis Regularibus subjectarum? Et quid super hoc
de ipsis Prælatibus Regularibus? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. res. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

diatè subiectis, quod utique est quid diuersum ab hoc quod est designate Patrem spiritualem, cui extra Sacramentum manifestetur modo dicto conscientia: à diuersis autem non fit illatio.

RESOL. CCCXLV.

An Confessarius Monialium Regularibus subiectarum sit ab Episcopo approbandus?

Et an Prælati Regulares absque Ordinarij approbatione audire non possint Confessiones Monialium sibi respectiue subiectarum?

Et notatur ad audiendas confessiones Monialium modo non sufficere, quod Sacerdos siue Regularis siue secularis sit generaliter approbatus ab Episcopo ad Confessiones secularium personarum audiendas, sed egere quoad hoc speciali approbatione.

Et congregatio Cardinalium declarauit Regularem approbatum ab Episcopo ad audiendas confessiones Monialium vnius Monasterij, nequaquam censeri approbatum ad audiendas confessiones Monialium alterius Monasterij.

Etiāque notatur Episcopos posse assignare Confessariū Monialibus, quæ subijciuntur Regularibus, si nulla ratione induci possint, vt constentur de peccatis apud suos Regulares Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 51.

§. 1. Negatiue respondet Fragosus de regim. Reip. Corist. tom. 2. part. 2. lib. 8. disp. 18. §. 8. n. 7.

Vbi sic ait: Nullam iurisdictionem potest Episcopus sibi assumere ex Decreto Concil. Tridentini in Confessariis Monialium, quæ subduntur Regularibus, Ar-

mendat. in addit. ad recop. legum Navarrae, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 98. sufficitque si Confessarij exami-

nantur à suis Superioribus ad excipiendas Confessiones Monialium, prout vult Azorius Instit. moral. p. 1. lib. 3. cap. 9. q. 2. vers. Querens an Confessarij & Sorbus in suis annot. ad Compendium, Mendicantium, verb.

Moniales, vers. Quid præter. Subdens Confessores ordinarios ad Confessiones Monialium, quæ non sunt subiectæ Episcopo esse approbandos à superiore Ordinis id tamen restringit Campanil. in diuersor. Iur. Canon. rubr. 12. c. 16. n. 53 in casu de quo ipse testatur declarationem Sacræ Congregationis, quæ censuit, ex auctoritate Decreti Concilij Tridentini sess. 23. c. 20. de

Reg. posse Episcopum assignare Confessorem Monialibus, quæ subijciuntur Regularibus; si nulla ratione possunt induci, vt constentur de peccatis apud Regulares suos. Ita Fragosus.

2. Sed hodie prorsus eius sententia reiicienda est, eò quod, quamvis ante Constitutionem Gregorij XV. editam §. Februarij 1622. quæ incipit, Inscrutabili, Confessarij quidem Monialium locorum Ordinariis subiectarum deberent approbari ab ipsis Ordinariis, Confessarij verò Monialium subiectarum Regularibus à Prælati propriæ Religionis tanquam Ordinariis ipsarum Monialium: in præsentia tamen omnes Confessarij tam ordinarij quam extraordinarij quorumcumque monialium, etiam Regularibus subiectarum, debent approbari ab Ordinario loci: idque ex citata Constitutione Gregorij XV. quæ quoad hoc habet: Confessores verò siue Regulares, siue Sæculares, quomodocumque exempti, tam ordinarij, quam extraordinarij, ad Confessiones Monialium, etiam Regularibus subiectarum audiendas, nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. * Vbi notandum ad audiendas Confessiones Monialium modo non sufficere, quod Sacerdos, siue Regularis, siue secularis, sit generaliter approbatus ab Episcopo ad confessiones perso-

narum secularium audiendas; sed egere quoad hoc speciali approbatione: idque ex declaratione sacrae Congregationis Concilij; quæ etiam declarauit Regularem approbatum ab Episcopo ad audiendas confessiones Monialium vnius monasterij nequaquam censeri approbatum ad audiendas Confessiones Monialium alterius monasterij; vt videre est tom. 4. Bullarj post Constitut. 18. Gregorij XV. Verum tamen est, quod Confessarij Monialium exemptarum, tam ordinarij, quam extraordinarij præsentari debent à propriis Prælati Regularibus, ad effectum, vt modo dicto approbentur ab Ordinario, vnde infert Tamburinus disput. 16. de Iure Abbatiss. quest. 3. num. 3. non subsistere quod ait Naldus ver. Moniales num. 2. Monialibus etiam exemptis, assignandum esse Confessarium extraordinarium ab Episcopo loci: siquidem, teste Zipæo lib. 3. de iure Pontificio nouo; num. 3. extat in contrarium quædam declaratio Sacræ Congregationis, quæ declinat est huiusmodi assignationem faciendam à Prælato regulari, cuius iurisdictioni subsunt dictæ Moniales, licet aliàs indigeant approbari ab Ordinario, vt iam dictum est. Quin vigore citatæ Constitutionis Greg. XV. neque ipsi Prælati regulares absque Ordinarij approbatione audire possunt Confessiones Monialium sibi respectiue subiectarum: cum olim possent, & ipsi illas audire, & alios approbare ad illas audiendas. Ita declarauit Sacra Congreg. Concilij vbi supra, addens Confessiones à dictis Prælati auditas sine præfata approbatione esse nullas, & irritas. Et hæc omnia docet Pater Pellizarius tr. de monial. c. 10. sect. 3. n. 164. & alij communiter.

& pro sequētibz vique ad nor. seq. in Ref. 1. huius not. in §. vbi not. in §. vbi not. in §. Et notat. & §. Regularem.

Supr. hoc in Ref. præterita, & lege alium §. eius primæ not. & in Ref. seq. §. Quin vigore & infra in Refol. 348 §. Superiores.

RESOL. CCCXLVI.

An Regulares possint independēter ab Episcopis excipere Confessiones Monialium ipsis Regularibus subiectarum?

Et quid super hoc de ipsis Prælati Regularibus? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Ref. 28.

§. 1. Affirmatiue respondet Bruno de priuil. Reg. tr. 5. c. 5. proposi. 4. vbi sic ait; Confessarius Monialium Regularibus subditarum independenter ab Ordinariis, eorumdemque examine, instituitur, potiturque eisdem facultatibus in eisdem, quibus Confessarius Regularis in Regulares.

2. Hæc veritas, quoad primam partem probatur, quoniam cum Moniales sint ab ordinariorum iurisdictione exemptæ, ab illo quoque actu iurisdictionis, exemptæ sunt ad eum pertinente, quia in ipsas plena iurisdictione lætatur; sed nullus ea potitur, nisi eandem Prælati: ergo non potest ab Ordinariis huiusmodi Confessarius institui, sed à Prælato, & quoad hoc nulla apparet difficultas; sed tantum quoad examen, quod tamen ad eos nullatenus spectat, determinante Pio V. Bulla Et si Mendicantium, dum sic pronunciat, Confessores verò Monialium, quæ degunt sub cura Regularium ab Ordinario examinari nolumus.

3. Varius autem est modus institutionis illius Confessarij pro diuersitate Constitutionum cuiuslibet Ordinis. In Minoritana enim familia, in Capitulis Congregationibus Prouincialibus à definitorio instituitur amouendus tamen ab eodem definitorio, ac etiam cum opus est, à solo Prouinciali. Facultates verò illius sunt eadem cum facultatibus Confessarij Regularis erga Regulares, eiusque facultates sunt iuris Ordinarij, cum illi ex Constitutionibus Ordinis concedantur, ac propterea non possunt illas arctare Superiores, nisi eisdem à Constitutionibus prædictis concedatur.

4. Facultates autem illæ multæ sunt, quædam enim forum animæ dumtaxat respiciunt, aliæ administrationem Sacramentorum, aliæ absolutionem à censuris, & dispensa

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

Supr. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ not.

dispensationem super pœnis, sententiis, votis, & iuramentis; & denique in eorumdem Monasteria ingressum. De illis omnibus, excepto prædicto ingressu, nihil occurrit dicendum, quiddam enim dictum est de Confessario Regulari in Regularibus, illud etiam dictum habeas de eodem Regulari in Moniales; communicat enim hic in privilegiis cum alio: imò aliquid amplius habet in Ordine Minoritarum, ut declarat Capitulum Generale Albense, teste Roderico tom. 1. q. 9. RR. 7. 19. art. 2. hoc statuto, Vniuersi Confessores Monialium nostræ familiæ habeant præsentem decreto semper actiuam auctoritatem Prælatorum super Moniales quoad casus, & sententias, habeantque similiter Guardiani, ac Vicarij Guardianorum in eorum absentia. Quibus manifestè constat Confessarium Monialium habere iure ordinario facultatem absoluedi, & dispensandi in casibus, & sententiis in prædicto Ordine referatis. Ita Bruno; cui adde Sorbium in suis annotat. ad Compend. Mendic. verb. Moniales, Azor. part. 1. lib. 13. cap. 9. §. 2. & Campanil. in diuersor. iur. Canon. lib. 16. rubr. 1. 2. n. 53.

5. Sed hi scripserunt ante Bullam Gregorij XV. quod non fecit Pater Bruno, & idèd contra illum assero, quod quamuis ante Constitutionem Gregorij XV. editam 5. Februarij 1622. quæ incipit, *infirmabili*, Confessarij quidem Monialium locorum Ordinariis subiectarum deberent approbari ab ipsis Ordinariis; Confessarij verò Monialium subiectarum Regularibus à Prælati propria Religionis, tanquam Ordinariis ipsarum Monialium: in præsentem tamen omnes confessarij tam ordinarij, quam extraordinarij quorumcumque Monialium, etiam Regularibus subiectarum, debent approbari ab ordinario loci: idque ex citata Constitutione Gregorij XV. quæ quoad hoc sic habet, Confessores verò siue Regulares, siue sæculares, quomodocumque exempti, tam ordinarij, quam extraordinarij ad confessiones Monialium, etiã Regularibus subiectarum, audiendas, nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur obtineant.

Sup. hoc in Ref. præterita §. 2. ante mediũ, vers. vbi & infra in Ref. 348. §. Regulares

Sup. hoc in Ref. 1. not. præterita §. 2. ad mediũ, & in Ref. 2. §. Regularem. Et pro contento in hoc §. Verum tamen, in §. 1. not. præterita post mediũ, à veri. & infra in R. 248. §. Et notat.

Sup. hoc supra in Ref. 344. & 345. prope finem vers. quin vigore & infra in R. 348. §. Superiores,

6. Vbi notandum, ad audiendas confessiones Monialium modo non sufficere, quod sacerdos siue Regularis, siue sæcularis, sit generaliter approbatus ab Episcopo ad confessiones personarum sæcularium audiendas, sed egeat quoad hoc speciali approbatione: idque ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij, quæ etiam declarauit Regularem approbatum ab Episcopo ad audiendas confessiones Monialium vnius Monasterij, nequaquam ceteri approbatum ad audiendas confessiones Monialium alterius Monasterij, vt videre est in tom. 4. Bullarũ post Const. 18. Greg. XV. 7. Verum tamen est, quod confessarij Monialium exemptarum tam ordinarij, quam extraordinarij præsentari debent à proprijs Prælati Regularibus, ad effectum vt modo dicto approbentur ab ordinario: Vnde inferit Tamburinus n. 16. de iure Abbatissarum. q. 3. n. 3. non subsistere, quod ait. Nald. verb. Monial. n. 2. Monialibus etiam exemptis assignandum esse Confessarium extraordinarium ab Episcopo loci: si quidem teste Zipeo. 3. de iure Pontificio nouo n. 3. extat in contrarium quædam declaratio Sacræ Cong. qua decisum est huiusmodi assignationem faciendam à Prælato Regulari, cuius iurisdictioni subsunt dictæ Moniales, licet alias indigeant approbari ab ordinario, vt iam dictum est.

8. Quin vigore citatæ Constitutionis Greg. XV. neque ipsi Prælati Regulares absque ordinarij approbatione audire possunt confessiones Monialium sibi respectiue subiectarum: cum olim possent, & ipsi illas audire, & alios approbare ad illas audiendas. Ita declarauit Sacra Congregatio Concilij. vbi supra,

addens confessiones à dictis Prælati auditas siue præfata approbatione. esse nullas, & irritas. Et hæc omnia docet Pellizzarius de Monialibus cap. 10. sect. 3. subsect. 1. quest. 1. n. 163. Tamburinus de iur. Abbatissarum d. 16. quest. 2. num. 3. Bordonus in Consil. Reg. 1. ref. 5. num. 1. & alij.

9. Notandum est tamen, Doctores Hispanos asserere supradicta nõ procedere in Regnis Hispaniarum. Vnde Nicolaus Brauus in tract. Monast. cap. 23. n. 11. sic ait. Neque etiam obstat Constitutio quædam Gregorij XV. quæ incipit, *Infirmabili*, &c. expedita anno 1622. circa gubernium Monialium, & deputacionem Confessorum, diuersimode valde disponens. Nam ob ingentia incommoda inde emergentia; atque etiam instante Rege Hispaniarum Philippo IV. suspensio fuit omnino eius exequutio ab Urbano VIII. anno 1625. & suspensionis effectus commissus Illust. Nuntio Hispaniæ Iulio Sacchetto à quo tunc solemnitè, & iuridicè facta est Matri die 21. Aprilis eiusdem anni, cuius authenticum instrumentum habuimus, quia & prædictæ causæ Religionis nomine, inter alios Prælatos, iisdem tempore, & loco aliquam gestimus partem, dum Abbatis munere fungeremur in nostro Matri cœnobio. Hucusque Brauus.

10. Sed vt verum fatear, inuenio Leandrum Doctorem Hispanum, & qui in Hispania scripsit tom. 1. de Sacram. tract. 5. disp. 11. q. 46. adducere Constitutionem Gregorij XV. tamquã in Hispania existentem in vigore, & nullam facere mentionem de supplicacione Regis quam supra adducit Brauus; & ideo me remitto veritati, & praxi Hispaniæ. Vide etiam contra hunc prater Doctores citatos, Bossium de Inobediencia 3. casu 2. §. 3. n. 74.

RESOL. CCCXLVII.

An Confessarius Regularis Monasterij Monialium, vt ingrediatur in casibus necessarijs intra eius sepa egeat non solum licentia sui Prælati, sed etiam Episcopi?

Et notatur, quod declaratio secunda Sacræ Congregationis contenta in textu huius Resolutionis non comprehendit Superiores Regulares, quia ibi in casibus necessarijs auctoritate propria, & officio sine ulla Episcoporum licentia possunt ingredi sepa Monialium, sed tantum loquitur de Confessarijs, seu alijs ministris. Ex p. 1. o. r. 16. & Misc. 6. Ref. 43. aliis 42.

§. 1. Communiter Doctores asserunt, facultatem ingrediendi Monasteria Monialium Regularibus subiectarum ad eorum Prælatos superiores spectare, non autem ad Episcopum, vel eius Vicarium.

2. Probatur hæc opinio, quia illorum est, hæc licentiam, & facultatem concedere, quorum est clausuram Monialibus indicere, & quorum est Moniales ad clausuram cogere, sed indicere clausuram Monialibus, & cogere illas ad eam est eorum, qui præsentunt, vt colligitur apertè ex cap. Periculoso, §. ultimo de statu regular. in 6. ibi, Patriarchis, Primatibus Archiepiscopis, & Episcopis mandamus, quatenus eorum quilibet in Ciuitate, ac Diœcesi propria in Monasterijs Monialium, sibi ordinario iure subiectis, sua, in his verò, quæ ad Romanam immediate spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicæ auctoritate: Abbates verò, & alij tam exempti, quam non exempti Prælati Ecclesiarum, Monasteriorum, & Ordinum quorumcumque in Monasterijs huiusmodi sibi subiectis, de Monialibus includendis, quam commode poterunt, providere procurent, ergo facultatem ingrediendi Monasteria Monialium in eis